Voles modo altis desilire turribus
Ense pectus norico recludere
Frustraq; uincla gutturi nectes tuo
Fastidiosa tristis egrimonia
Vectabor humeris tūc ego inimicis eques
Meę q; terra cedet insolentię
An ego que mouere cereas imagines
Ut ipse nosti curiosus apollo
Deripere lunā uocibus possim meis
Possim crematos excitare mortuos
Desiderijq; temperare poculū
Plorem artis in te nihil agentis exitus

LIBER PRIMVS EPODOM EXPLICIT SECVLARE CARMEN INCIPIT

PHEBEAS siluarūq; potēs diana
Lucidū celi decus . o . colendi
Semper et culti : date que p̄camur
Tempore sacro
Quod sibillini monuere uersus
Virgines lectas puerosq; castos
Dijs quibus septem placuere colles
Dicere carmen
Alme sol curru nitido diemqui
Promis et cellas aliusq; et idem
Nasceris . possis nihil urbe roma
Visere maius
Rite maturos aperire partus